

1243, desembre, 12

*Testament de Bernat de Sitjar, de Girona, que escull sepultura a Sant Daniel i institueix hereu Ramon Andreu, nebot seu, amb reserva de 9.000 sous per a la seva esposa Saurina.*

ASD núm. 133, còpia de 1245, 640 x 325 mm. Hi ha còpia a ADG, D-2, ff. 236- 237.

Hoc est translatum fideliter factum. In Christi nomine, ego Bernardus de Ciiario, timens ne mors repentina mihi superueniat sicut pluribus uideo euenire, in mea sanitate bono pleno sensu et memoria ac loquela meum facio testamentum in quo eligo meos manumissores, uidelicet Guilielmum de Cartiliano, Gerundensem canonicum et sacristam Sancti Felicis Gerunde et Bernardum de Saltu, thesaurarium et presbiterum canonicum Sancte Marie sedis et Guilielmum de Corniliano, presbiterum canonicum Sancte Marie sedis, ut si mihi mori contigerit antequam aliud fadam testamentum, ipsi distribuunt omnes res meas sicut hic illis iniuncxero. In primis dimitto cenobio Sancti Danielis, in cuius cimiterio corpus meum sepeliri iubeo, meum mansum quem inhabitat Raimundus Iohannes de Campodaurano pro francho alodio. Item dimitto eidem cenobio totum meum alodium quod habeo apud Montem Caluum, scilicet terras et oliuarias quod fuit auie mee Bernarde, pro lampada una ibidem nocte et die perpetuo ardenda ante altare Sancte Marie, et si quid superauerit completo lampadis seruido, totum id detur fideliter eiusdem lod infirmarie; et dimitto eidem infirmarie totum meum stallium quem habeo in parrochia Sancti Uincentii de Caneto, in loco qui didtur Guascons, cum uineis et triliis et terris cultis et heremis ad eundem locum pertinentibus et cum bordes que ibidem sunt quas tenent Guilielmus de Malagelada per me et Ferrarius Pelliparii de eodem loco. Dimitto pro aniuersario in monasterio Sancti Danielis fadendo meum dimidium mansum de Frugello et dominium et census et quicquid acdpio in illis duobus molendinis qui sunt in loco uocato Pedret, scilicet in molendino draperio quem Guilielmus de Uillalbin tenet pro me et in alio molendino qui se tenet cum ipso molendino, quem Petrus Stephani tenet per me, que omnia teneat et acdpiat sacristana eiusdem lod et fadat dictum aniuersarium annuatim .XXX. sacerdotum, et si aliquid superauerit facto illo aniuersario, detur dominabus monasterii in illa die dicti mei aniuersarii in pietansa. Dimitto pro missis ibidem canendis .L. solidos. Dimitto institudoni sacerdotis quem instituit mater mea et domina abbatissa soror sua in eodem loco in altare Sancte Margarite meam medietatem molendini Bocherii de Pedreto qui est alodium meum ad adiutorium uictii(sic) illius presbiteri. Dimitto unicuique presbiterorum Sancti Danielis .V. solidos ut sint memores anime mee. Dimitto Sancte Marie sedis Gerunde .c. solidos. Laudo et concedo stabilimento lampadis et aniuersarium quod ibi fed sicut in cartis continetur, et instituo ibi preterea unum cereum qui ardeat in diebus sabbatis cum aliis cereis confratrie, ad quod stabilimentum et ad obolos offerdonis soluendos dimitto illos duos solidos monete quaterni quos acdpio censuales in curthe Guilaberti Pelliparii et sodi sui et totum dominium quod in dictis domibus habeo et illas domos

quas emi pro alodio ab Arnallo de Baschanone, que se tenent cum muro duitatis Gerunde et cum turre de Monteoliu, que omnia teneat semper clauiger eiusdem ecclesie et fadat seruicium lampadis predictae et aniuersarii, et teneat cereum condirectum, quod si forte dictus clauiger non faceret bene predictum seruicium, ille qui tenuerit et habuerit domum meam de Ciiario que est in plano Gerunde emparet predicta omnia et possideat et fadat predictum fieri seruidum. Dimitto canonicè eiusdem sedis illos duos monarios quos habeo in riera Ticeris apud Sanctum Petrum, quos teneo per ecclesiam sedis Gerunde. Dimitto unicuique .XII. presbiterorum Sancte Marie .V. solidos ut sint memores anime mee; omnibus aliis presbiteris eiusdem loci, binos solidos. Dimitto Sancto Felici Gerunde .XXX. solidos, operi eiusdem .X. solidos, Sancto Petro de Gallicantu .XXX. solidos, et soluo et delibero eidem monasterio omnia pignora que ego uel pater meus tenebamus a dicto monasterio ubique, et est certum et manifestum quod quicumque inde habui recipio in paga de his que ibi habebamus ego uel pater meus. Dimitto Sancto Martina de Costa .xx. solidos, Sancte Marie Puellarum et Sancto Genesio et Sancte Susanne et Sancte Eulalie et Sancto Nicholao et ospitali Sancti Petri et infirmis de Petreto .V. solidos unicuique, Sancto Cucufati de Salto et Sancto Uincencio de Caneto denos solidos. Dimitto Sancto Fructuosi(sic) de Bruneola .c. solidos qui dentur in ornamentis eiusdem ecclesie ad cognitionem fratrum minorum. Dimitto Sancto Dalmacio .L. solidos, qui dentur similiter in ornamentis ecclesie ad cognitionem fratrum minorum. Dimitto Milicie Templi .V. solidos, Ospitali Iherusolimitano .v. solidos, operi fratrum minorum .c. solidos. Dimitto ospitali nouo unum mansum quem inhabitat Guilielmus Archimballi, qui est in plano Gerunde, in parrochia Sancti Felicis, sicut eidem illum dederam et sicut melius resonat in suo instrumento inde confecto. Dimitto confratrie Sancti Emitherii .L. solidos, confratrie de Silua alios .L. solidos, captiuis redimendis .X. solidos. Dimitto ad elemosinam quam Arnallus de Scala instituit totam illam condaminam alodii que uocant de Solerio quam habeo in plano Gerunde, et quod heres domus mee de plano uocata de Ciiario faciat eam semper habere et possidere in pace predictae elemosine pro alodio franco. Dimitto Saurine uxori mee totum meum honorem quem habeo infra terminos de Passaturis et alueum Ticeris et ecclesiam de Fornellis et collum de Aquauiuua et quodcumque habeo in parrochia Sancti Uincencii de Caneto et Sancte Cecilie de Montecaluo et Sancti Felicis de Cartiliano et Sancti Emitherii pro suo sponsalicio, scilicet mansos et terras et uineas cultas et heremas et omnia que infra predictos terminos possideo, et hec omnia supradicta teneat et quiete possideat iure sponsalicii omnibus diebus uite sue cum uiro et sine uiro, et ad obitum suum super predictis omnibus habeat nouem milia solidorum barchinonensium monete de dupleno, ualente marcha argenti .LXXXVIII. solidos quos mihi attulit tempore nupciarum ad omnem suam uoluntatem faciendam, et nullus habeat licentiam dicta omnia redimendi hec a posse suo abstrahendi ultra suam uoluntatem de tota sua uita, et post obitum eius omnes honores quos superius ecclesiis dimitto et ospitalibus sint eis soluti sine uinculo uxoris mee predictae et alicuius uiuentis persone sicut melius ipsos honores pro anima mea superius dimisi. Dimitto Raimundo Andree nepoti meo domum meam de Plano uocatam de Ciiario et quicquid habeo a Passaturis superius usque ad collum de Aquauiuua et de alueo Ticeris usque ad collum de

Fornellis et stallium meum de Ualleneyra qui tenetur per dominum de Ostoles, cum dominatura que pertinet predicto stallio, et <limite ipsi Raimundo Andree totum honorem quem habeo apud Serrianum et quicquid ibi habeo et accipere debeo, salvo censu quod monasterium Sancti Petri Gallicantus ibi accipere debet et vineam meam de Surbi cum suis pertinentiis et tenedonibus. Hec omnia ei dimitto ad suam uoluntatem perpetuo faciendam, et <limite eidem Raimundo Andree uel illi qui tenuerit domum meam de Ciaro uocatam de Plano dominium et census quos habeo et accipio in domibus Guaresches et Bernardi Angler et Iohannis Raffard et Bernardi Mercate:rii et Orneu filii Gerundensis Mercerii et ortum de Algeuira cum suis pertinentiis et tenedonibus, et quod ipse semper in perpetuum donet anuatim in elemosina facienda, scilicet in pauperibus induendis .c. solidos barchinonenses monete dupleni pro animabus omnium illorum quibus ego iniuriatus sum, et hoc de carnibus ablatiis usque in festum Pasche quolibet anno; et dimitto ei preterea totum feuum quem teneo apud Stagneolum per dominum de Montecatano, et dimitto Bernardo filio Guilielmi Bruni illam albergam quam accipio in manso Maiafre apud Campum Longum post obitum Bernardi de Laureto et duo paria caponum quos accipio in alodiis mansi predicti. Dimitto Gerardo de Capraria mansum Bernardi Ferrarii de Campolongo cum suis pertinentiis et tenedonibus, sicut melius ego per dictum Gerardum tenebam. Hec inquam omnia ipsi Raimundo Andree dimitto ad omnem suam uoluntatem faciendam si infantes legitimos habuerit, et si obierit sine infante legitimo, quod Deus auertat, ipsa omnia que ei relinquo reuertantur filio maiori Guilielmi de Scala, et si ipse filius defuerit, alii infanti subsequenti, et si ipsi ambo defuerint, alii minori infanti, et si ipsi .m. infantes obierint sine infantibus legitimis, omnia predicta uendantur et totum illud quod inde habebitur detur amore Dei ad cognitionem episcopi Gerundensis et fratrum minorum omnibus aliis quibus ego uel pater meus tenebamini(sic) de iniuriis manifestis. Dimitto Bernardo, filio Guilielmi de Scala unum mansum que habeo apud Uirginibus et duas èndaminas quas ibi habeo, que omnia teneo per dominum comitem Impuriarum; predictum mansum ei dimitto cum hominibus et feminis qui in dicto manso sunt uel inde exierint et cum uno parilio bouum qui in manso remaneant et cuin domibus qui sunt infra, et hec omnia ei dimitto ad suam uoluntatem si infantes legitimos habuerit, et si obierit sine infantibus legitimis, omnia que ei relinquo reuertantur fratri suo maiori, et si de ipso defuerit, reuertantur alii mediana fratri, et si de ipsis omnibus defuerit, reuertantur infantibus Raimundi Andree. Uolo et mando quod expleta duorum annorum condaminarum habeat et colligat Saurina uxor mea post obitum meum. Uolo et mando preterea quod manumissores mei uendant domos meas de Ponte que sunt extra murum ciuitatis Gerunde et decimam meam de Terradellis et omnia mea mobilia ubique sint et bestias preter boues et bestias minutas, et de precio quod inde habere potuerint, soluant lexias meas et restituant iniurias meas. Dimitto Bernarda de Iuiano quartonum decime omnium rerum de Alborns, quam eciam ego emi a Bernarda de Aquilone ad omnem suam uoluntatem faciendam. Uolo et mando quod Raimundus Andree uel sui soluant dicte uxori mee uel cui ipsa uoluerit illos .VIII. milia solidos quos habeat ad suam uoluntatem faciendam, ut dictum est superius. Dimitto Guilielmo, filio Ferrarii de Ualle omnia mea guarnimenta tam lignea quam ferrea et omnes bestias meas preter bobus et bestias minutas, et si Raimundus Andree uoluerit illum accipere, quod faciat eum militem honorifice. Hec omnia que

ipsi Guilielmo <limito sint ipsius Raimundi Andree ad sua uoluntatem. Adhuc uolo et mando quod si dictus Raimundus Andree et filii sui obierint sine infante legitimo, quod Deus auertat, omnia predicta que eis relinquo post obitum ipsorum uendantur et precium quod inde habebitur detur amore Dei ob remedium anime mee et patris et matris mee et ipsorum supradictorum et parentum nostrorum et omnium fidelium defunctorum et omnium personarum quibus iniuriatus sum. Item uolo quod post obitum meum omnia instrumenta mea ueniant in posse meorum manumissorum 'et ipsi manumissores mei donent ipsa instrumenta et diuidant inter ipsos ad quos pertineant, prout superius declaratur et est expressum. Preterea dimito domno episcopo Gerundensi .c. solidos et suplico ei quod amore Dei et intuitu pietatis sit memoranime mee et deffendat meum testamentum. Dimito Guilielmo de Cartiliano .c. solidos. Dimito Bernarda de Saltu .L. solidos. Dimito Guilielmo de Corniliano alios .L. solidos, et si forte aliquid de meo inueniretur quod ego superius non sum testatus, illud totum dimito Raimundo Andree ad suam uoluntatem faciendam. Uolo et mando quod aliquis de predictis quibus facio laxacionem aliquod inde non emparent nec teneant nec habeant quousque prius debita mea soluantur et iniurie mee restituantur. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.

Actum est hoc .II. idus decembris anno Domini .MCCXL. tercio.

(s. man.) Bernardi de Ciiario. Ego Guilielmus de Cartiliano subscribo. Ego Bernardus de Saltu presbiter canonicus et thesaurarius, qui hoc firmo. Sig(s. man. )num Guilielmi de Corniliano, Gerundensis presbiteri canonici. Sig+num Bernardi Sancti Petri, sartoris. Sig+num Iohannis de Laurano. Sig+num Petrus de Marial. Sig+num Bernardi de Bisaina.

(s. man.) Raimundus de Caciano, qui hoc scripsit cum littens suprascriptis in .XV. et .XXXVII. linea, et dampnatis in .XLV. et .XLVI. et .xlvii. linea, die et anno quo supra. Ego Bernardus de Uicco, publicus Gerundenssi notari us, subscribo. (s. man.) Raimundus de Caciano, qui hoc anno Domini .MCCXL. quinto, .IIII. kalendas marcii fideliter translatauit mandato Bernardi de Uicco, publicus Gerundensis notarius, cum litteris rasis et emendatis et dampnatis in .XXV. linea. Ego Bernardus de Uicco, publicus Gerunde notarius, qui hoc translatum cum autentico manifeste probaui, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 271-276